

26.

Dicerent in iohannis baptisma. baptizati sunt postea.  
quia iohannes in remissionē peccatorū in aduentis  
ih̄. non suo baptizavit nomine. Ideo sp̄m nesciebant.  
quia nec baptismum in xp̄i nomine sicut iohannes bap-  
tizare solebat. acceperant. iohannes enim licet non  
baptizaret in sp̄u. tamen & xp̄m praedicabat & sp̄m.  
Deniq. cum interrogardur ne forte ipse esset xp̄c  
respondit. Ego vos aqua baptizo. venit autem fortior  
me. cuius non sum dignus calciamenta portare. ipse vos  
baptizabit in sp̄u scō & igni. Ergo isti quia nec in xp̄i  
nomine. nec cum fide sp̄i scī baptizati fuerant. non po-  
tuerunt accipere baptismatis sacramentum. Bapti-  
zati sunt itaq. in nomine ih̄i xp̄i. Nec iteratum est in his  
baptisma. sed in nouatum. Num enim baptisma.  
Vbi autem non est plenum baptismatis sacramentū. nec  
principium vel species aliqua baptismatis aestimat.  
Plenum autem est si patrem & filium sp̄mque fateatur.  
Si unum neges. totum subruas. Et quem admodū si unum  
in sermone comprehendas. aut patrem. aut filium. aut  
sp̄m scī. fide autem nec patrem. nec filium. nec sp̄m scī.  
abneges. plenum est fidei sacramentū. Ita & iā quāvis.